Martinus de civitate Tudertina provintiae Tusciae sed. LXXVI.
a. 6. m. 1. d. 26. Hic congregavit synodum epos 105
et congregavit [damnavit] Cyrrum Alexandrinum et Ser-
gium Pyrrum et Paulum patriarcham Constan-
tinopolitanum, qui contra inmaculatam
fidem novitates innectere presumpserunt,
et sextum synodum conscribens confirmavit.
H. ord. ep. 33. pr. 11.

Eugenius nat. Romanus ex patre Rufiniano sed. a. 2. LXXVII
m. 9. d. 33. Hic ord. ep. 21.

Vitalianus n. Signensis provintiae Campaniae LXXVIII.
de patre Anastasio sed. a. 14. m. 6. Hic regulam
ecclesiasticam atque vigorem ut mos erat
omnino conservavit. H. ord. ep. 97. pr. 22. di. 1.

Adeodatus n. Romanus ex monachis ex patre LXXVIIII
Jobiano sed. a. 4. m. 2. d. 5. H. ord. ep. 47. pr. 14.
di. 2.

Donus n. Romanus ex patre Mauricio sed. a. LXXX
1. m. 5. d. 10. H. ord. ep. 6 pr. 10. di. 5.

Agatho n. Siculo sed. a. 2. m. 6. d. 4. H. ord. epis- LXXXI.
copos 18. pr. 10. di. 5.

Leo iunior natione Sicula ex patre Paulo sed. LXXXII.
m. 10. d. 17. Hic constitutum fecit ut qui ordi-
natus fuerit archiepiscopus ab archivo ecclesiae
nulla consuetudine pro usu pallii aut diversis
officiis ecclesiae persolvere debeat. Hic ord.
ep. 10 pr. 14. diac. 3.

Benedictus iunior natione Romanus sed. m. 10. LXXXIII
d. 12. Hic ord. ep. 12.

Johannes nat. Syrus de provintia Antiochiae LXXXIIII
ex patre Cyriaco sed. a. 1. d. 9. H. ord. ep. 13